Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 209

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 20.

"et quomodo prima fundacio in Augea sit mu-
"tata in istum locum." Initium Memorialis
est:" Cum per gesta magnifica necnon me-
"ritoria."

Urbani III. Bulla Confir-mationis.

2688–270a

II. Urbani III Papæ Bulla confirmationis bonorum ecclesiæ Seitensstettensi colla-torum. Rubricam præsefert:" Bulla sive rescripta favorabilia Domini apostolici De bonis collatis nostro monasterio Sytan-stetensi." Bulla incipit:" Urbanus &c. Dilectis filiis Chunrado &c. Licet omnibus ecclesiis et ecclesiasticis personis." Da-ta est hæc Bulla 1186. Cuncta autem prædicta documenta habentur in Char-tulario /: ut vocatur :/ conscripto a Gundac-kero nostro, et originaliter in Scriniis nostri Monasterii.

NB. No 3. hic loci ponendum, quaere sub finem Codicis mox sequentis. vi-

Cod: CCIX.

Chartae: Fol: Saec: 13.

2

S. Z.

Jordani de Saxonia Postillæ, et Sermones in evangelia dominicarum.

Jordani de Saxonia Postillæ, et Sermo-nes in evangelia dominicarum. Prima po-stilla est in dominicam Paschatis, et in-cipit:" Maria magdalena et maria jaco-bi &c. Licet magna leticia sit." Ordo coeteroquin valde confusus, et præpo-sterus, ita quidem, ut non dubitem codicem ab initio, et in fine esse mutilum. Folio 47. seqq: habetur expositio orationis do-minicæ, quæ Expositio orat: dominicæ for-tassis eadem est, quam Jordano attribuit Oudingerus.(a) Fol: 101 in margine superi-ori rubro colore hæc scripta leguntur: "Hic notandum quod sub sermones Yorda-

(a) nisi S. Bonaventuræ tribuenda sit ut dicitur in Codice CCXXVII. n. 2.

„nis de qualibet dominica usque ad adventum
„non omnes habentur in propriis locis sed post
„ultimam dominicam invenies quemlibet ser,
„monem suo ewangelio correspondentem."

Jordanus de Saxonia, dictus est etiam de Quedlinburg Ord: Eremit: S: Augustini obiit Ao 1380 Viennæ in Austria. Ossinger Bibl. Augustin: p: 800.

NB: Hic inseritur ad codicem prio, rem referendus N: 3.

de

Gregorii IX Pp: liber I & II Decretal: cum glossa

f. 8r – 266v

Gregorii IX. Papæ liber I. & II. Decretali, um cum glossa. Rubrica præmittitur hæc:
„Incipiunt decretales sanctite / Sancitæ: /a pa,
„pa gregorio." Sequitur tum Epistola Gregorii hujus tenoris: " Gregorius &c: dilectis filiis
„Doctoribus et scolaribus universis parisiis (a)
„comorantibus &c: Rex pacificus pia misera,
„cione disposuit." Glossa incipit: " Intencio
„Gregorii in hac compilacione fuit." Ipsam,
„tem liber I Decretalium inchoatur: " Firmi,
„ter credimus; Glossa: Quatuordecim sunt ar,
„ticuli"; quæ adeo jejuna est, ut vix aliud, quam titulos distinctionum, et causarum contineat. Finito libro secundo sequitur Re, gistrum super distinctiones, et causas me, trice exaratum nempe:

(a) In plerisque Codd: mss: legitur Bononiæ.

I

Registrum super Decretales metricum

Dist: I. Ut videat quisque divinum jus hominisque
Dist: II Ergo sciant per que consistunt jura quiritum."

Hic insuper additur: " Sequitur aliud registrum
„super librum decretorum, in quo docetur quid
„quit ponatur in qualibet distinctione / et
„in causis / similiter et in libro de conse,
„cratione." Istud Registrum valde difusum
„incipit: " Liber decretorum distinctus est in
„tres partes."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 209

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27545

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)